iura statuerunt quod parentes tenentur suos filios spiritua
les docere symbolum et oracionem dominicam dicit glossa
de consecracione dist. iiii. Vos autem super quod dicit Rychar
dus Cum presbiter omnes baptizatos levat de baptismo
tunc ipse pater spiritualis omnium et omnes docere tenetur sed
quia non potest omnibus vacare Ideo curare potest non neglige
dentur ut sciant in symbolo et oracione dominica instrui

et ideo isti patrini dicuntur fideiussores quia spondent
pro pueris in katecismo et baptismo. Sed dicendum
quod periculosum est de fonte baptismatis suscipere dicto 2°
Sermo decons. dis. 4. c. In baptismate. Quod non
non est periculosum quia quo parentes prius fuerunt christiani et
primi ecclesie qui ipsum in fide instruant, sicut erat in ecclesia
primitiva quando parentes cum infidelibus conversabantur. Et ideo
tunc maior cura ad suscipiendum erat a primo, similiter
si nunc parentes pueri essent infideles vel suspecti vel
inter infideles degerent. Postea quando sunt cura diligencior
esset a primo ad suscipiendum circa pueri instructionem. Quod
alii tamen concordat Albertus et Thomas et Petrus.
Quarto queritur est, sicut quia tollerantur presumptuose fidem
scrutantur qui nichil volunt credere nisi possit eis
racione demonstrari qui pleraque habent in errorem
et mortem peccati et meritum fidei quia dicitur. Unde
ut dicit Gregorius fides non habet meritum cui humana racio
prebet experimentum. Vel aliter potest exponi hoc preceptum
quo ad istam partem non facies tibi sculptile scilicet
ad ydolatriam de ligno vel lapide vel aliis rebus
que sculpi possunt, nec aliquam similitudinem per sculpturam vel picturam vel cuiuscumque alterius rei
que est in celo quia aliqui impetrabant cultum latrie soli
luce et sideribus, nec rei que est in terra. Unde aliqui
colebant bestias ut egypcii scilicet [illegible] et dicitur
non similitudine rei aquatice ydolum enim Dagon
quod aliquibusdam colebatur habebat caput piscis. Unde

hoc/ iudei nos reprehendunt de ydolatria quia dicunt/
nos facere contra legem dei et sculptilia et similitudines
ymaginum adorare et erigere ut supra/ Ex quo lex ve-
tus figura est/ noue legis et/ in lege veteri non fuit/
de ymaginibus usus ymaginum quomodo nunc debet esse in lege noua quod sic
respondetur/ Quod deus in lege veteri non fuit/ factus
homo ideo non debebat fieri ymagine nec figura
Sed dicunt quod quedam tamen ymagines fuerunt in veteri Ex
quo quod dicit Augustinus in libro de ciuitate Quod populus
panni sue faciei super posuit/ et similitudinem
suam illi impressit/ et regi Abagaro misit/ Et beatus
Lucas dicitur depinxisse ymaginem christi et sculpsisse
ymaginem beate virginis que ambe sunt rome et multa
tradiderunt/ scripta que non sunt scripta quod domini est
de ymaginibus Et non quod ymagines fiunt/ principaliter
propter tria videlicet primo propter/ simplicium ruditatem ut/
qui nesciunt legem in codice legant/ in pictura vero
propter affectuum tarditatem ut qui ad deuocionem non mo-
uentur quod audiunt moueantur quod vident Tercio propter/ memorie
labilitatem ut si a memoria labuntur audita ut sepe
contingit per vnam aurem ingredi et per aliam exire tamen
saltem in memoria teneantur visa et depicta de quo
dis iij Venerabiles Et ibi notatur/ ... Quod due
sunt species seruitutis latrie et dulie Latria est seruitus
siue cultus soli deo debitus Dulia est/ seruitus
qui debetur creature ... quod deum diligendo
ipsum super omnia credendo cui illi sacrificia offerendo

et super omnia creaturam. Sed utrum humanitas Christi sit
cultu latrie adoranda. Dicendum quod sicut dupliciter potest considerari secundo
respectu primo relatione ad humanitatem Christi. Sit cum sit creatura non
obstante quod sit verbo unita non est illi latria exhi-
benda. Et sic loquitur glosa super illud psalmi: Adorate sca-
bellum pedum eius dicens: Caro Christi adoratur a nobis
non adoratione latrie que soli deo debetur sed illa adora-
tione que est dulia dignior. Aut secundo respectu ad
verbum cui quo unita adoratione Christi humanitas adoratur.
Et isto modo humanitati Christi debetur cultus latrie secundum Ri-
chardum. Sed utrum ymago Christi sit adoranda cultu la-
trie dico quod ymago Christi potest dupliciter considerari. Primo ut
est quedam res absolute lignea vel lapidea. Et
sic nullus honor illi debetur sicut nec alteri lapidi vel
ligno. Secundo consideratur prout est ymago et tunc quia idem motus
est in ymagine et in eo quod est ymago et ymaginatum unus
honor debetur ymagini et ymaginato. Et ideo cum
Christus latria adoretur eius ymago debet similiter latria
adorari. Et sic videtur etiam velle Damascenus libro
iiii capitulo viii. Sed utrum quicquid conveniens Christi adoratione latrie est
adoranda vel non. Respondent aliqui quod honor sive reverentia
non debetur nisi rationali creature. Creature enim irrationali
non debetur nisi ratione nature rationalis. Et hoc dupliciter. Uno modo
in quantum representat naturam rationalem. Alio modo in quantum ei co-
iungitur quocumque modo. Primo modo solent homines honorare
ymagines regum. Secundo eius vestes utrumque autem ve-
nerantur homines eadem veneratione qua et ipsum regem
venerantur. Sic igitur quidam de cruce in qua Christus fuit

crucifixus dicitur quod utroque modo est a nobis veneranda primo
in quantum representat figuram christi potentis in ea conclusio quod
contactu eius ad christi membra et quod eius sanguine est
perfusa Unde utroque modo adoratur eadem adoratione cum christo
scilicet adoratione latrie Et ideo crucem alloquimur et deprecamur sicut
christum Si autem de effigie loquamur crucis christi in alia materia
scilicet lapidibus vel ligni vel argenti vel auri sic veneramur crucem tantum
ut christi ymaginem quam etiam veneramur adoracione latrie
eo modo quo est supra dictum Reliquie autem dicuntur quod
crux illa in qua christus pependit sicut et res quedam
non adoratur eadem adoratione cum christo scilicet latrie cum non perti-
neat ad personam christi quasi pars eius sed adoratione
yperdulie in qua est quedam res christi ut ... vestes
et alia que ad humanitatem christi pertinuerunt yperdu-
lia adorantur Et hec est positio sancti thome Alii dicunt quod
illa crux non debet adorari ut est res quedam nec adora-
tione latrie neque dulie sed adoratione cuiusdam honoris
et reverentie tamquam instrumentum nostre salutis Et hec
est positio Bonaventure ... Utrum mater christi
sit adoranda adoratione latrie videtur quod non quia est
pura creatura Quia tamen est mater dei ideo ei exhibetur
non tamen honor dulie sed yperdulie Utrum sancti et reliquie
sint aliquo modo venerande respondeo quod sic quia Augustinus
in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicit quod qui ad aque affinitati ille etiam
relicta ab illo post ipsius mortem veneratur et non tantum
corpus aut partes corporis sed etiam alia exteriora ut ve-
stes et similia ... est autem quod sanctos dei venerari

debemus tamquam veros dei filios et amicos et intercesso-
res nostros Et ideo reliquias sanctorum et eorum memoriam
honorare congrue tenemur et debemus venerari Quia
enim ipse Christus capud sanctorum omnium eorum reliquias honorat
et propter eas plura miracula facit Contra quosdam de
reliquijs et ipsarum solucione et precio Quod multi ho-
norant sanctos diu mortuos vestientes ossa eorum auro
et argento et eorum sepulchra et sanctos vivos blas-
phemant aut nudos aut fame illos perire permittunt
cum forte plus sint dilecti a domino quam illi propter quos
plura miracula deus facit Unde Mathei xxiii° dicit
Ve vobis scribe et pharisei qui edificatis sepulchra
prophetarum et ornatis monumenta iustorum et dicitis Si
fuissemus in diebus patrum nostrorum non essemus socij
eorum in sanguine prophetarum Ecce ego mitto ad vos Sup-
quo dicit Crisostomus Tamquam enim iudei sanctorum precessorum
cultores sunt et presencium contemptores et persecutores
Non enim gaudent martires cum ex illis pecunijs
honorantur unde et in quibus pauperes plorant Credibile
est sicut deum corpus moysi abscondisse usque hodie
et heliam in paradisum transtulisse ne homines et iudei
ipsa plus venerarentur quam oporteret et sive corpus
sancte marie sit assumptum vel non utique deus voluit
ad hoc tacere ne nos aliud plus quam creatorem
coleremus vel essemus minus diligentes circa fruicionem
creatoris Similiter de corpore discipuli Johannis apostoli
et euangeliste et circa hoc Et contra quosdam presentem Nota

quarta in duplicem spem est / duplex adoratio siue cul
tus diuinus Nam quedam est / spes salutis et hec
in solo deo est / ponenda Et ideo ipse solus adorari
adoratione latrie et ymago eius ut / est ymago et
corpus christi ratione ypostatice vnionis Alia est /
spes suffragii que potest haberi in creatura Et hec aut
habetur in creatura dignissima aut in virgine gloriosa
matre christi et hec adorari adoratione yperdulie que
importat excellentem cultum venerationis potest
eciam hec spes suffragii poni in aliqua creatura inferiori
ut in aliquo sancto confessore in celo vel in mundo propter cuius adora
tionem confidimus adiuuari et hec adoratio est dulia Et
per hoc dampnatur opinio malorum dicencium Quod nec
beata virgo nec aliqui sanctorum debeant / adorari quasi ad
impetrandum effectum gracie ut ipsi dicunt / in nullo possumus
per ipsos adiuuari cum solus deus sit / dator gracie quod
dictum est / hereticum Quia quamuis solus sit / causa
efficiens gracie beata tamen virgo et ceteri sancti mediante per
modum suffragii impetratiui possunt esse causa gracie Et quia
superius dictum est de ymaginibus et aparatibus adora
tionis seu venerationis Sciendum quod nimis / pluribus quinque
modis in huiusmodi veneratione excedit quod multi in tantum
mouentur ab apparencia ymaginum splendida et
artificiosa ut spiritualiter in istis secundum sensualitatem
sepe videatur et non rationem Unde sit ut
in ecclesiis coram quibusdam ymaginibus faciant
speciales genuflexiones oblaciones manuum pedum

oculorum cecorum quia et candelarum plurimarum accensiones nimis
adulteres per ymagines designant corpus domini dei
nostri ihesu christi et ipsum integre ihesum christum qui potens est
restaurare deperdita universa et hoc fit, ideo quia omnis
homo pronus est ad ydolatriam quia ea que creature sunt
propinque sue facultati naturali. Ideo homo suas cogita
ciones frequencius et citius dirigit ad creaturam quam
ad creatorem quia sicut oculi noctue [illegible] se ad lucem
solis ita intellectus noster. Sed quia dyabolus in talibus ymagini
bus ex divina permissione decipit multociens homines
qui non fide viva sed mortua christi carencia operum
fidei deum non sicut debent sinceriter sed fide ve
nerantur. Unde fit ut a quam multa et prodigia in illis
ymaginibus ut suavitates homini et alia spiritus ma
ligni ad decipiendum homines operantur. Nunc mirandum
si dyabolus per ymagines salvatoris et beate marie
et sanctorum homines decipere permittitur, eo quod hoc fa
iniqui per species virtutum et virtutes. Ex hoc credo non
esse signum bonitatis hominum ubi talia mirabilia
et prodigia similia et libaciones decantibus et
[illegible] per ymagines fiunt sed signum iniquitatis et
diminucionis karitatis in multis. Et quia presagium adventus
antichristi in qua diminucione caritatis et irreverencia
ihesu christi dyabolus populum delectatur. Et ideo trahit
homines per talia prodigia ad culturam ymaginum
sculptarum in ligno vel lapide in tantum ut credat a d
domino in illis conpositis et quod plus diminutur aliis
[illegible] cause attribuunt, a tanto minus domino deo creatori

suo debiti honor/ ipedunt/ ymo patibulum vide ee
acceptabilius i aqua quam [te] quia aq[a] opio[c] vel
gi eta ymago i templo qz p patibulum sit cocurso
iustitie de quo d[r] vndr[um] l lig[um] p qd s[t] iusti[a]
pma[s] aut/ qz sit/ ydo[m] maledictm est/ et ipm
7 q fecit/ Illud Sapie xiiij[o] Ecce principium Sed
de ymaginibus quas multa mala sunt orta et puti
orta cont[a] diuinam reuerentiam qz dya[s] plu[m]
delecta in ai ruina[a] corpi Jdeo no pom[m] sunt/
homines qz talia qz digna ad cultura sculptarum
ymagi[um] l i ta[m] ut credant[a] a[d] diuinitat/ i illis
posite sed eam quas t[a]hit homines ad nouas re
liquias que i vitate no sunt/ stare sed dapnatorum
qz ciuila corpa sed qz venerant/ i re q[o]z aie c[v]
tant[a] i mf no Cuius simile fecit/ decret. 7 he
sto c i. Ubi dr[a] Audiuimus qz qdam int/ vos dya[ca]
fraude decepti quedam homines i ebrietate occisum
quasi sanctm more infidelium venerant[a] cu vix qz tti
bus sanctis odor puitat/ Cauia d[r] sup[s] Ebriosi
reg[um] l di no possidebunt/ i Cor vj[o] Illum igit[a]
qz sto decto no psumat/ cole[a] cu eius sup cum
mira[da][lia] fient/ no licet/ Nobis ipm qz sto absqz
aut[ute] roa[c] ecce vendi vr timendum est/ d[r] eiusu
ad nouum corpi peregrinem ne illas decipiatt/ dya[s]
quib[s] q uluit/ aliquando possi[le] fecit/ alia hostia
no fuisse opneglige[a] qsectam et ita omisse
fieri aqua sig[a] appnacia adya[s] qpt/ debiti tem
ppore et pcca apti quatem i aquo lo[o] quitedi

negligat questionem et irreuerenciam faciat creatori
Unde sciendum quod ab ymaginibus christi sculptis et depictis
veneracione generaliter ydolatria a certis locis est exorta quia
diminuit ubi filius patre mortuo fecit statuam pro eius
perpetuam memoriam deinde statuam populus quasi admirari
incepit, ista ymagine venerari. [illegible] statue seu yma
gini quidam posuerunt se demones innitentes stuporem homi
nibus et ideo ad illa homines pro sanitate recuperanda
currere ceperunt et oblaciones offerre credentes quod per dy
anam virtutem ponentem in statua dyane quod demones se
multos posse curare ista via cepit [illegible] ad diu
quesita per ymagines ac si in illis habitaret. Quod
patet de ydolatria iudeorum que ab ymagine vituli exor
dium sumpsit. Interim enim quod moyses cum domino erat
in monte synai pro salute populi mandata a domino accep
turus interim dyabolus suum fore negligere nolens sua
sit iudeis [illegible] vitulum adorare. Item imitatur
Jeroboam qui duxit israel captivum ydolatrie. Ex
cogitato enim consilio fecit duos vitulos aureos et dixit
eis Nolite ultra ascendere in ierusalem. Ecce dii tui
israel qui eduxerunt te de terra egipti. iii Regum xii
per medium de sacerdotibus quibuscumque secularibus vel
regularibus qui dant indulgencias pro cultura sacer
dotum ymaginum et foventibus eas propter commissa ad
magis dyabolice decepti specialius [illegible] Jeroboam in hor
effeminatum aaron sacerdotem imitantes qui timore
mali populi correptus condidit ymaginem dei in fi
gura vituli aurei quod populus iudeorum videns quod moy
ses diu moraretur in monte aggravatus contra aaron

dicentes Surge fac nobis deos qui nos precedant / moy
si enim huic qui nos eduxit de terra egipti ignoramus
quid acciderit Exo xxxii^o Et sic nolo improbare usu
licitum ymaginum / 2^m intencionem ecclesie dei sed abusum
Sed oppositis dictis concludo Quod quia cito una yma
go plus venditur quam alia et etiam pro plebibus contra suu
gerunt flexionibus oblaciones grecorum more abscondenda
tamquam populi offendiculum quibus creator deus iste pre
cifixus in templo sancto suo cum maiori sollicitudine et
amori distraccione advertitur / Quia dicitur gloriam meam alte
ri non dabo et laudem meam sculptilibus ysaie xlii^o
ante medium Exemplo moysi qui vitulum conflatilem
combussit / et ezechias excelsa demolitur / et statuas
et serpentem eneum quem fecerat moyses quia filii israel
adolebant sibi incensum usque ad illud tempus iiii Regum
xviii in principio Et non dicitur ibi quod filii israel adorassent
serpentem eneum sed adolebant ei incensum et tamen conuiti
in hoc peccauerunt / sicut nec hodie in istis temporibus licet / non
adorant istas ymagines tamen quia conferunt / genua curuando
vel offerunt / coruscant et candelas [illegible] corpori [illegible]
sunt non credo sine amplicacione sancti Quare magis
ezechias [illegible] condempne dicitur Quod propter reverenciam
sublimis sacramenti corporis christi omnia alia que populum
alliciunt et distrahunt ab ipsius vero et debito cultu
sunt abiciende amovenda et docendi sunt homines
ut ibi corpus christi oculos dirigant / ubi corpus christi vita
est / post ea et absconsa quia sicut sol splendens in meridie
omnes clarit stellas et lucem obfuscat / sic propria

huius venalibus sacramenti Ex hoc credo reprehensibile esse quod
corpus christi ponitur ad angelos evitandos ubi pauci serviunt
eius mansione et multe ymagines in publico
Contra hoc propositum queritur circa sit temptacionem dei
90 Queritur ergo quid sit temptare deum dico quod est experimentum
sumere de illo qui temptatur Sumitur autem quod experimentum
de aliquo verbis et factis Et utroque modo dupliciter primo mani-
feste secundo occulte seu insidiose verbis expresse quis deum
temptat quando ea attencione aliquid a deo postulat ut
experiatur dei scientiam potestatem vel voluntatem factis
autem expresse aliquis deum temptat quando per ea que facit
intendit experimentum sumere divine potestatis pietatis aut
sapiencie Sed quasi interpretative deum temptat qui etsi
si non intendat de deo experimentum sumere aliquid tamen petit
vel facit ad nichil aliud utile nisi ad probandum dei
potestatem bonitatem vel cognicionem ut cum aliquis
equum currere facit ad evadendum hostes talis non de
experimentum sumere de equo sed si equum currere facit absque
aliqua necessitate vel utilitate hoc nichil aliud esse videtur
quam experimentum sumere de equi velocitate
Cum ergo aliquis propter aliquam necessitatem in statu vel utilitate
suis peticionibus vel factis se deo committit et dei
auxilio hoc non est deum temptare unde dicitur ij° paralipomenon
xx° Cum igitur ignoramus quid agere debeamus hoc
solum habemus residui ut oculos ad te dirigamus Quando
autem hoc agitur absque necessitate et utilitate hoc est interpretative
temptare deum Et ideo super illud deuteronomium vi° non

temptabis dominum deum tuum. dicit glossa. Deum temptat
qui habens quid faciat, sine ratione committit se periculo
volens experiri utrum possit liberari a deo. 2um Thomam
2a 2e q. 97 in primo articulo et 2o utrum temptare deum
sit peccatum. Thomas ubi supra articulo 1o respondet quod sic
quia ut dictum est temptare est experimentum sumere
sed nullus sumit experimentum de eo de quo est certus
Et ideo omnis temptatio ex aliqua ignorantia vel
dubitatione procedit vel temptantis sicut cum quis experi-
mentum sumit de aliqua re ut eius qualitatem cognos-
cat. Sive aliorum ut cum quis experimentum sumit ut
aliis innotescat per quem modum nos deus dicitur temptare
Ignorare autem vel dubitare de hiis que pertinent ad
dei perfectionem est peccatum. igitur temptare deum ad hoc
sive ut temptans cognoscat dei virtutem est peccatum. Si
quis autem ad hoc sive experimentum sumat eorum
que ad divinam perfectionem pertinent non ut ipse cog-
noscat sed ut aliis demonstret hoc non est temptare
deum cum subest iusta necessitas seu pia utilitas
et alia que ad hoc concurrere debent.
Sic enim apostoli a domino petierunt ut in nomine Ihesu
christi fierent signa ut infidelibus manifestaretur
virtus christi [illegible] iiii°. Sed quod temptare deum
est peccatum quando reprehendit achas qui noluit pe-
tere signum. Quia domino dicenti pete tibi signum
a domino deo tuo respondit ille non petam et non temp-
tabo dominum. dicendum quod deus voluit dare signum regi achas

non pro ipso tantum sed pro toto populi instructione. Et ideo re-
prehenditur quasi impeditor quibus salutis nostre petendo
deum temptasset tum quia contra dei preceptum petivisset tum quia
hoc pertinebat ad quemvis utilitatem. Item abraham
petivit signum a domino instinctu dicens Domine unde scire possum
quod possessurus sim eam scilicet terram in promissam
Genesis xv° 10 non peccavit. Gedeon vero petivit signum
ex fidei debilitate Iudicum vi° ideo non excusatur a peccato
Sic zacharias peccavit dicens ad angelum Unde hoc [illegible]
[illegible] ex incredulitate punitus fuit Luce primo. Sciendum tamen
quod aliquis dupliciter petit signum. Uno modo explorando dei sig-
num potestatem aut veritatem dicti eius et hoc de se pertinet
ad dei temptationem. Alio modo ut instruatur quid sit
[illegible] aliquod factum placitum deo et hoc nullo modo pertinet ad dei
temptationem. Sed numquid temptacio dei est peccatum mortale
Dico quod in casu est mortale est tamen minus peccatum quam super-
sticio quia ille plus agit contra dei reverenciam qui suo
facto protestatur errorem contra divinam excellenciam
quam ille qui protestatur tantum verbo vel facto protestatur
dubitacionem de divina excellencia. Igitur et cetera sed omnia
Thomas. Exposicio textus in verbis supra dictis pro liberi
omnem rusticam appreciacionem creaturarum et omnem estimacionem
factive ultra creaturam. Et quia estimacionem rei sequitur
dilectio ipsius quia in tantum res diligitur in quantum estimatur
et illa que plus estimatur plus diligitur et que
minus estimatur tanto minus diligitur. Sed dator et con-
servator omnium bonorum ultra omnia sua data racione dicta-
te racione est estimabilis igitur eciam ultra omnia est

diligibilis et diligendus unde queritur utrum deus
a quoque plus sit diligendus quam proximus dicendum
Thomas 2a 2e q. xxvi articulo 2o Utrum deus plus
diligendus est proximo quia illud est plus diligendum
propter quod homines alia sunt odienda sed proximi in casu
odio habendi sunt ut habetur deus vel dominus luce xiiii
post medium Si quis venit ad me et non odit patrem
suum et matrem et uxorem et filios fratres et sorores
adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus
Sed quoque hoc respondetur quod quelibet amicicia respicit
principaliter illud in quo principaliter invenitur illud bonum super
cuius communicatione fundatur ut amicicia pollitica principa
liter respicit principem civitatis a quo totum bonum ci
vitatis dependet et ideo illi maxime debetur
fides et obediencia sed amicicia caritatis fundatur
super communicatione beatitudinis que consistit essencialiter in deo
sed in primo principio a quo omnis derivatur qui sunt capaces
beatitudinis proximus autem diligitur ut participans beatitu
dinem nobiscum ab illo Sunt enim duo precepta caritatis
generalia quorum unum pertinet ad dilectionem dei et aliud
ad dilectionem proximi primo ex caritate diligendus est
summum bonum quod nos beatos seu bonos facit 2o ex
caritate diligendus est proximus qui nobis quasi socie
adiungitur in participatione beatitudinis Unde patet est quod
in proximo ex caritate debemus diligere ut simul ad
eternam beatitudinem perveniamus Sed utrum homo debet
ex caritate plus diligere deum quam se ipsum dicendum quod
sic quia nos ipsos recipimus duplex bonum bonum nature

et bonum glorie et totum esse meum et bonum esse est, adeo quia
in illo vivimus movemur et sumus et sine ipso nichil fa-
cere possumus. Ideo comparative homo plus debet diligere deum
quam est bonum quodcumque omnium creaturarum quia omnium beatitudo
est in deo sicut in communi et fontali principio omnium qui
participare possunt beatitudinem. Unde sequitur quod homo plus
debet diligere deum quam propriam vitam corporis in hoc, sicut
bona communicacionem pro quo submittitur pre illi qui est vita
qui pro vita temporali datur. Et nam qui etiam dicitur: Nolli-
te timere eos qui corpus occidunt, animam vero occidere
non possunt, sed timete eum qui potestatem habet corpus
et animam mittere in iehennam. Mathei x°. Debet ergo dili-
gere homo deum ultra omnia et plus quam seipsum. Ideo
deus diligendus est ex toto corde ex tota anima et
ex tota mente. Mathei xxii°. Et hoc preceptum diliges
dominum deum tuum ex toto corde etc. primo potest intelligi
ut est de perfectione comprehensoris sic, ut semper cor hominis
actu feratur in deum. 2° ut sit de necessitate precepti
sic, ut cor hominis nichil acceptet quod divine dileccioni
sit contrarium. 3° ut sit de perfectione consilii sic quod abi-
ciat illa quibus licite uti posset in vita ut liberius
deo vacet et agit. Sed numquam in hac vita hoc preceptum
dileccionis potest perfecte adimpleri et deus perfecte di-
ligi dicit Augustinus. Quod in hac vita deum perfecte di-
ligere non possumus ex quo diu hic sumus semper aliquid
carnalis concupiscencie nobis est quod oportet refrenari
ex quo labore refrenacionis homo impeditur ne deum
hic perfecte diligat. Unde quamvis in hac vita preceptum
de dileccione dei non possumus adimplere transgressionem
tamen ipsius evadimus si infimum gradum caritatis attingamus.

Est autem in summis gradibus caritatis ut nichil plus quam
deum velit, quod quamvis cum deo diligamus quia tamen gradu
deficiat a sanctitate quod non maioris in caritate. Et si in isto casu
ante mortem Christi fuimus cum conatu amplius facere
sine dubio salvabimur et dicere tunc possumus deo
noli me condempnare secundum quod potui quamvis non totum
quod facere debui implevi. Consequenter potest veniri ad propositam
questionem dicendo quod perfectio dilectionis potest sumi dupliciter.
Primo ut excludat omnes actus oppositos caritate. Et sic
non potest hac vita perfecte impleri ut scilicet semper actu
diligat deum ex toto corde id est ex toto intellectu sine
errore ad aliud. Et ex tota anima id est ex tota voluntate
sine divisione vel volitione ad aliquid contrarium. Et ex tota mente
id est ex actuali memoria sine oblivione. Hoc enim non
patitur fragilitas presentis status. Secundo ut excludat
omnes actus contrarios caritati quos caritas non patitur
et sic potest impleri perfecte in hac vita quod caritas
potest esse a tota perfecta quod omnem actum peccati mortalis excludat
vel aliter reddit quasi in idem ut dicit
Thomas in tractatu de perfectione spiritualis vite. Cum
enim totum et perfectum est ut nichil desit tunc ex toto
corde tota anima mente et fortitudine deus diligitur
si nichil in omnibus his nobis desit. Quod totum actualiter
in deum convertatur sed iste modus perfecte dilectionis non
est viatorum sed comprehensorum quod in eterna beatitudine
semper in deum actualiter voluntas comedit. Cantica fertur
quod in divina fruitione illa beatitudo consistit. Secundo
ex toto corde tota anima mente et fortitudine deum dili-
gimus si nichil nobis desit ad dei dilectionem

quia aliud quod a deo habemus actu vel habitu in deum referatur
et hec perfectio divine dilectionis est in precepto primo
ut homo omnia in deum referat ut in finem j Cor. x°
Sive manducatis sive bibitis vel aliquid
aliud facitis omnia in gloriam dei facite Et hoc implet
qui aliquis vitam suam ad dei servicium ordinat et
sic omnia que homo propter se ipsum agit in deum or
dinat nisi sit aliqua que hominem a deo abducat
ut peccata quia homo diligit deum ex toto corde Secundo
ut suum intellectum deo homo subiciat credendo ea que
divinitus traduntur ij Cor. x° In captivitatem redigentes omnem
intellectum in obsequium christi Sic deus diligitur tota mente
Tercio ut quicquid homo amat in deo et propter deum amet
et omnem dilectionem in deum referat Caritas enim christi
urget nos ij Cor. xv° Et sic diligit ex tota
anima Quarto ut ordinat quod omnia verba et opera ex dei cari
tate dirigantur j Cor. xvj° Omnia vestra in caritate fiant
et sic ex tota fortitudine diligit deum et iste modus
dilectionis divine est cuilibet tenendus sub precepto Secundum
Romanos iij supra Secundum mandatum generale huic simile
est diliges proximum tuum sicut te ipsum Et non quia istud
preceptum nullus videtur posse adimplere Quia nemo
potest alterum bene diligere et alteri esse bonus qui sibi est
malus Et qui se ipsum non diligit et animam suam ad
vitam eternam Ecclesiastici xiiij° Qui sibi nequam cui
bonus Et ideo dicit Origenes Qui enim ille qui diligit
iniquitatem odit animam suam Manifestum est quod non
diligit proximum suum cum se ipsum non diligat Unde
Ecclesiastici xxx Aufere animam tuam placens deo

Quis enim sapiens non cogitet plus de passione propria quam
aliena aut quis habens proprium mortuum et cadaver eius
in domo propria procedat ad deplorandum alienum. Sed dices ymo
quilibet amat se ipsum nec debet esse dubium quod quo-
modo natura quis ad hoc inclinat. Dico quod multi sunt se ipsos
amantes naturalem sensibilem qui non est bonus amor nec laudabilis
sed vituperabilis sed amare se amore naturali principalem
racionalem quod sic ut quis velit sibi illa bona que pertinent
ad perfectionem hominis et anime est bene amare se et est lau-
dabile. Et hoc vult Augustinus libro 4o Omelia 38a. Est
amor utilis et est amor noxius amor amore impe-
ditur. Ideo amor noxius recedat et amor utilis
succedat. Sed quia homines carnales volunt illum re-
cedere. Ideo in illos non potest alius succedere ut non capiat
plenum sunt sed effundant ut capiant plenum sunt enim
amore voluptatum carnalium plenum sunt amore mundi
vite plenum sunt amore auri et argenti et possessionum
huius seculi. Quid ergo plenum sunt quo vis ut illa va-
sa intret mel. Ergo ibi est acetum non diffudisti funde
quod habes ut capias quod non habes ut sis vas elec-
tionis. Ideo perfectissimator ut Paulus Actuum 9o vas
electionis est mihi iste. Vas electionis propter gratiam. Ad Ro.
9o ipse sine ut ostenderet divicias glorie sue in vasis
misericordie. Vas honoris propter gloriam 2 ad Thimotheum ipse sine
2o Si quis emundaverit se ab istis erit vas in honorem
sanctificatum et utile ad omne opus bonum paratum. Iste ergo
amor est utilis et bonus quo quis diligit se
in bonis spiritualibus ad eternam beatitudinem conse-
quendam. Sed nunquam in bonis huius spiritualibus hoc debet

seipsum plus diligere quam proximum. Respondit s. Thomas 2a 2e
q. xxvi arti. iiii. Quod in homine sunt due nature spiritualis
et natura carnalis, que sic autem homo dicitur diligere seipsum quod se di-
ligit secundum naturam spiritualem ut dictum est supra. Et
secundum hoc homo magis debet seipsum diligere post deum quam
quemcumque alium. Et patet ex ipsa ratione diligendi. Deus
enim diligitur ut principium boni super quo fundatur dilectio
caritatis. Homo autem seipsum diligit ex caritate secundum rationem
qua est particeps predicti boni. Sed proximus diligitur
secundum rationem societatis in isto bono. Consociacio autem est
racio dilectionis secundum quandam unionem in ordine ad deum.
Unde sicut unitas potior est quam unio, ita quod ipse
participet bonum divinum est potior ratio diligendi quam
quod alius associetur sibi in hac participacione. Et ideo homo
ex caritate debet magis seipsum diligere quam proximum. Et
huius signum est quod homo non debet subire aliquod malum peccati
quod contrariatur participacioni beatitudinis ut proximum liberet
a peccato. Sed proximum quantum ad salutem anime sive magis debe-
mus diligere quam proprium corpus. Et quia quantum ad participacionem
beatitudinis maior est sociacio anime proximi nostri ad ani-
mam quam etiam proprii corporis. Sed dicitur igitur exponit
illud quod minus amat pro illo quod magis amat. Sed
non omnis homo tenetur exponere corpus proprium pro salute proximi
sed hoc est perfectorum secundum illud Johannis xv° maiorem caritatem
nemo habet quam ut animam suam ponat quis etc. Ergo homo
non tenetur ex caritate plus diligere proximum suum quam
corpus proprium. Ad hoc respondet Thomas quo supra allega-
to art. v° in responsione ad ultimum. Quod cuilibet homini imminet
cura proprii corporis, non autem cuilibet homini imminet cu-
ra de salute proximi nisi forte in casu in quo teneretur

alterius saluti gaudendo sed quod aliquis se sponte ad hoc
offerat hoc pertinet ad perfectionem caritatis. Et ideo hoc
preceptum diligas proximum tuum sicut teipsum multipliciter ex-
ponitur. Primo sic: sicut te diligis propter gratiam dei
et virtutes consequendas et propter gloriam celestem consequen-
dam propter quam omnes homines sunt creati sic propter eadem
consequenda diligas et proximum. Non tamen oportet quod
cum tanta diligencia sit de ipsis consequendis proximum sui
sollicitus ut sui ipsius. Secundo sic exponitur: diligas
proximum tuum sicut tu diligis bonum tuum et de bono
gaudes et de malo tuo tristaris sic et dilige proximum
ut sibi congaudeas de eius bono et condoleas de ipsius
malo et huius contrarium non facies. Et ex hac exposi-
cione patet quod omnia verba mores et opera proximorum
debemus benigne interpretari et caritative sicut nos nostra
nobis consideramus fieri ab aliis. Tercio sic exponitur:
diligas te et ea eo ordine quo teipsum puta infra deum
et super omnia temporalia quod est contra avaros qui plus
diligunt temporalia quam proximum. Unde Iohannes iii° qui
habuerit substanciam huius mundi et viderit fratrem
suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo quomodo
caritas dei manet in eo. Manifestum est quia inter omnia
bona humana bona anime sunt precipua et gratia dei et
virtutes. Post hec ordinantur bona corporis ut sanitas
et bona carnalis disposicio. In ultimo loco sunt bona
exteriora que in rebus exterioribus consistunt. Et huius or-
dinem dicendi sepe videmus. Homini naturaliter innatum. Nullus
enim est homo qui non potius vellet quam oculo corporis
quam visu cordis qui est oculus anime et propter vite

carnalis consumacionem homo omnia bona corporalia di-
mittit Job ii° pellem pro pelle et cuncta que habet homo
dabit pro anima sua. Sic ergo et tali ordine homo precipitur
proximum suum diligere sicut seipsum ut precipue optet
illi bona spiritualia. Deinde bona corporis, deinde
alia que in rebus exterioribus consistunt. Si quis autem
proximo suo optat bona corporalia ut corporis integri-
tatem sanitatem aut bona exteriora ut divici-
as et honores contra salutem corporis ille non diligit
proximum sicut seipsum secundum Thomam in tractatu de perfectione spi-
ritualis. Sed ex quo nomine proximi intelligitur omnis homo
est ne de necessitate precepti inimicos diligere. Respondeo
secundum Thomam quod de necessitate precepti est ut a
communitate dilectionis qua quis tenetur proximum diligere
non excludat inimicum nec aliquid contrarium huius di-
lectionis in cor suum recipiatur et sustineat. Sed
quod mens hominis actu feratur in dilectionem inimici
extra casum necessitatis pertinet ad perfectionem consilii.
Sed in casu necessitatis est actu speciali eos diligere et bene-
facere tenetur ex precepto puta si fame esset moritu-
rus et tu posses ipsum adiuvare. Thomas capitulo xvi° in
tractatu de perfectione spiritualis vite. Secundum preceptum in exodo xx°.
Non assumes nomen domini dei tui in vanum
nec enim habebit insontem dominus qui assump-
serit nomen domini dei sui frustra. Hoc est preceptum
secundum quod disponit hominem ad reverenciam summe veritatis.
Contra hoc preceptum est primo sciendum quod diversimode
nomen domini in vanum assumitur male iurando vota
deo facta transgrediendo aut maledicendo deo et blas-

pserando dm uel scos dei Circa pm nota Quod
nomie dei iurando i vanu assumitur tpr Primo iura
do vane et inutiliter diuinam deitatem vane sine
ca nominando et obtestando Scdo iurando dolose et
fraudulent ut in qtitibus [illegible] decipiendo et iura
do rem sua meliorem et plus constare qua sit in
rei veritate Tercio iurando temere et pertinaciter quod fit
tpr Primo opecabiliter iurando per i testina uel per
nomine dei Scdo irreuerenter iurando ut cu sine ca
quis iurat per vulnera et sanguinem xpi et si talia
fiat cu deliberacione sicut mortalia Si indeliberate sunt
venialia et per lapsu lingue Tercio pertinaciter iurando
veritatem diuinam pertinaciter contempnendo et sic pone
et quasi [illegible] morte Circa pm queritur quid est q°
iurare dico quod est deum teste sup aliquo fco uel facie
do ivocare Unde [illegible] in quodam sermone dicit de periurio
Quid est dicere per deum nisi testis est mihi deus quod ita
se habet sicut uel sic se non habet sup quo iuro Si
tunc iuramentum veritati innititur et ei subest rogo
deus in testem facti sic se habentis in veritate uel non habentis
rapitur Si aut veritas non subest iniquissime in
vocatur quia summa veritas personam non debet prodcim
prare Sed queritur utrum liceat iurare per deum Respondetur q°
quod sic Unde deut. vi circa medium capituli dicitur dominum
deum tuum timebis et illi soli servies et per nomen
illius iurabis Et dicitur v° capitulo Reddes domino iuramenta
tua Sup quo dicit Augustinus sup i sermone dicit Obus dno
Si peccatum esset iuratio non diceretur in lege euangelica
Reddes domino iuramenta tua reddimus autem domino iura

meta qn iuram9 p deu 7 illud facim9 si est lica[u]
sup quo iuram9 uel no facim9 qd p iuramentum nos
nolle fac[er]e pmisim9 Et quod liceat iurare p deu[m]
patet ꝯo rone p[ri]mo adu[er]tendo o[ri]ginem iuramenti
tu[m] iuram[en]t[u]m est i[n]troductu ꝯo fide qua c[re]dit[ur] ho[m]i
nes deu[m] ho[c] veritatem infallibilem et ipm ha
be[re] om[n]em infallibilem cogni[ci]o[n]em Sc[d]o rone fi[ni]s
q[ui]a iuram[en]t[u]m i[n]t[ro]duct[u]m est ad c[on]firmand[um] ho[m]i[n]es
de dubijs ad fine[m] c[on]t[ro]u[er]sias s[ed] h[e]b[re]o[rum] vi. Solo e[ni]m
iurame[n]to c[re]dit[ur] q[uando] de c[on]t[ro]u[er]sia a[li]quis dubita[tur] d[e] s[er]. ꝯo co.
Si v[er]o aliquis Sed cont[r]a q[uod] d[icitu]r p[er] medm [con]cludit[ur]
q[uod] deu[m] z aliquid no p iurabis Reddes aut[em] d[omi]no
iuramenta tua Ego aut[em] dico vobis no iurare o[m]i[n]o
Et Jacobi v° [con]tra o[mn]ia fr[atr]es mei nolite iurare s[ed]
d[ic]end[um] q[uod] q[ui]da[m] h[er]e[tici] manichei dixerunt o[mn]e iura
mentu[m] esse illicitu[m] no t[ame]n iurame[n]tu[m] s[ed]m p[e]c[ca]tu[m] c[on]
sedenda s[ed]m p deu[m] Sed erraverunt ꝯo q[uod] no
i[n]tellexerunt q[uod] a[liqu]a [uer]b[orum] s[igni]ficat nega[ti]o[nem] [con]p[osi]ta s[ed] signo
t[er]mi[ni] 7 a[liqu]a p[ro]p[ositi]o[n]e [con]p[osi]ta s[ed] ficat exp[osi]t[ur]e p[rese]nti
nega[tio]ne p[ro]p[ositi]o nega[tio]ne t[er]mi[n]i li [con]p[osi]c[i]o aut[em] non
dixit d[omi]n[u]s no iurabis sed dixit o[mn]i[n]o no iurabis o[mn]i[n]o
i[n] quo dicto no p[ro]hibuit omnem iuracionem sed
p[ro]hibuit ne iurare t[ur] o[mn]i modo 7 sine o[mn]i causa
Et ideo d[icit] Augusti[nu]s lib[r]o de mendacio h[oc] est
adeo d[ictu]m ne iurando ad facilitatem veniatur
iurandi Ex facili[ta]te ad [con]suetu[din]e[m] ex [con]suetu[din]e
i[n] p[er]iuriu[m] Ec[c]l[esiasti]ci xxiij° Vir multu[m] iurans re

plebitur iniquitate. Sed quae tunc dixi domini capitulo
5o Sit sermo vester est est non non Quod autem habun- xplo
dancius est a malo procedit quia affirmacio vel negacio ro
que est in corde hominis eciam debet esse in ipsius
ore sed quia consciente homini malicia non credit ex
simplici assercioni ideo adiunxit quod habundancius
vel amplius est a malo est non culpe sed pene
non iurancium sed iuramentum exigencium quia huiusmodi incre-
dulitas magis est pena quam culpa. Et ideo non dixit fo
malum. Quod autem ipsum iurare sit malum [illegible] dicit 22
[illegible] libro capitulo ix° procedit dicimus aliquando malum esse iura- ro
re aliquando non. Sponte enim et sine necessitate iurare grande peccatum
est. Ex necessitate autem iurare scilicet vel ad asserendam in-
nocenciam vel ad federa pacis confirmanda vel ad persua-
dendum auditoribus quod est eis utile non est malum quia
necessarium. Et ideo dicit Augustinus libro primo de sermone
domini in monte quod iuramentum sanctis est
et necessarium cum pigri sunt homines credere quod est eis
utile iuracio non est bona non tamen mala cum est
necessaria Non enim est contra preceptum dei iuracio
Sed ita intelligi dominus hominem prohibuisse omnia
[illegible] capitulo 5o ut quantum in ipso est homo non iuret quod
multi faciunt in ore habentes iuracionem tamquam magnum quid
et suave Apostolus enim Paulus scivit hoc preceptum
domini et tamen iuravit Ad Corinthios 2o ubi dixit Testis
est mihi deus Item in Ad Corinthios 1o Cottidie morior per
vestram gloriam fratres quam habeo. Item iurare cupiditate
vel delectacione iurandi non est [illegible] iurandi sine causa

Unde hugo libro primo de sacramentis parte xij capitulo viij° sic inquit
Qui sine causa iurat / et si verum iurat / non est sine
culpa Qui frequenter iurat / aliquando periurat / qui periurat condempnatur ... iudicia
condempnatur / Item nota quod pro intellectu clariori
huius materie Quod sicut in naturalibus reperitur
duplex bonum vnum quod est / per se appetibile aliud
per se sed propter aliud Exemplum primi est / de sanitate Exemplum
2i de pocione propter sanitatem sic / in moralibus quedam
sunt bona appetenda propter se ut gratia et / virtutes que
dam propter / alia ut / iuramentum Unde quoniam isto dictum est
Quod iuramentum secundum quod veritate firmata in casu quo
veritas iuramento promisso succumbet / non est per se
sed inductorum quia medicina debite ministrata
non est / mala sed bona sed iuramentum est / medicina
tollens dubietatem que est / infirmitas medulorum
hominum agentium et c. Ex quo patet / quod non subest causa
legitima iurandi tunc est / peccatum iurandi seu iurare
Quia de omni verbo ocioso racio reddenda est quanto magis
de assumpcione vana diuini nominis Sed utrum liceat
iurare per aliquam creaturam pendet / Bona lectura.
Quod iuramentum duplex potest fieri Uno modo imprecacione
ut cum dicitur Ita viuat filius meus / et per similes modos
creatura non invocatur ad testificandum sed ponitur
ipsi creatori appignoratur a creatura Et hoc est licitum
Et licet / omnis creatura sit creatoris tamen bonum vel
sola ... quod de creatura rapina est / minime et quia
adeo nobis concessum et illud deo tanquam minime

possimus in pignoratione Hoc tamen genus iuramenti
2m quod dicit Augustinus est gravissimum Secundo fit iura-
mentum per creaturas vitatis invocacionem et testimonium ut quando
aliquis iurat per aliquem ad invocandum ipsum in testem
Creatura autem potest dupliciter in testimonium invocari Primo
2m se et sic non licet quod sit reddetur quod aliquid numinis
esset in ea racione cuius veritas posset diu proprium qui di
testimonium confirmari Et ideo 2m hunc modum dicitur
Jacobi 5o Nolite iurare neque per celum neque terram Unde est
prohibetur etiam ne iuretur per caput aut capillos
dei vel alia dei membra xxii q i Ubi dicitur Si quis
per capillum dei aut caput iuraverit vel alio modo blasphe-
mia usus fuerit contra deum si clericus est deponatur
Si laicus anathematizetur Et si quis per creaturas
iuraverit acerrime castigetur Hoc enim prohibetur ne ho-
nor dei creature attribuatur sed tamen iuratum fuerit per creaturas
racione obligacionis iurantibus adest ac si esset iuratum
per deum Quia multa prohibentur ab initio que tamen facta
tenent de periurio Quemadmodum Et si post
consilio potest creatura bona in testimonium assumi inquantum in ipsa relucet
divine veritatis vestigium et sic non licet aliud Et quia iura-
re per eam quod relucet a creatura et quod sit iuramentum non
venatur creatura sed creatorem et sic licet iurare
per creaturam Et tamen hoc est Et licet iurare per crucem
patrem seu sanctam xxii q Et qui iurat super crucem Ad
xxii q i aliqua Item per ordinem i q vii Quoniam
Sed de comitibus iuramenti dico quod iuramentum debet

habere tres comites veritatem iudicium et iustitiam quemadmodum
legitur in principio Ieremie quarto: Iurabis vivit dominus in veritate et iudicio
et iustitia. Veritas scilicet debet esse in consciencia iurantis, contra
ut iurans firmiter sciat ita esse ut iurat, alias
si tamen credit nullo modo debet despicere sed tamen sub dubitatione
iurare. Debet etiam ibi esse iudicium id est deliberatio discretiva
iurandi, circa ut quis etiam non iuret sine causa sive necessitate
sed necessitate instante, utpote quando persuadet aliquis aliquid
verum quod expedit ei vel est utile credere et tamen ille non
vult credere simplici assertioni illius, ideo suadens et indiscreti
et iuvenes in iudicio iurare non permittuntur, eo quod non habent
deliberationem discretam, etiam si adultus indiscrete sine
iudicio et deliberatione iuravit, iuramentum dicitur temerarium
et ideo non suadet de iure iurari, sicut scilicet Hostiensis.
Etiam si in iuramento promissorio quibus iurat aliquid
facere quod non est in suo potestate, tunc deest alii discre-
tio. Debet etiam esse in iuramento iustitia, sic quod illud
quod iurat sit licitum et honestum, xxii q. i. ita quoque
deinde iuramentum. Et si queritur cum similibus quaestio utrum quodlibet
40 iuramentum promissorium sit obligatorium, dicitur responso quod
sicut quando tamen promittitur aut aliud quod promittitur in iura-
mento est totaliter manifeste bonum et tunc simpliciter
est suadendum. Sicut totaliter et manifeste malum et tunc
nullo modo debet suadere. Unde versus: In malis promissis
rescinde fidem. Aliud est in parte bonum et in parte malum tunc
ex parte qua bonum est tenendum et mala non. Aliud non
est manifestum sed dubium, utrum sit bonum vel malum

tunc iurans debet querere consilium si non potest consultum
queat ascendere dispensionem iuramenti Sed numquid quod-
libet iuramentum est obligatorium Dico secundum Thomam
sicut quod de iuramento assertorio aut promissorio Et utrumque
est obligatorium sed dissimili modo quia in iuramento quod est
de presenti vel de preterito est obligatio non respectu rei que
iam fuit vel nunc est sed respectu ipsius actus iurandi
ut scilicet iurans iuret quod iam verum est vel fuit Sed in
iuramento promissorio quod respicit aliqua facienda e con-
trario cadit obligatio super rem illam quam quis
affirmavit iuramento quia debet facere ut verum sit quod
est alle(?) tertium(?) illi vel illis verum facere quod iuravit
alioquin deest veritas iuramento Si autem est talis res
que in eius non fuit potestate deest iuramento discretio
Si non sit possibile aliud fieri quod iuravit eveniente fieri
fieri non debet quia est per se malum vel quia est boni impe-
ditivum tunc iuramento deest iustitia Et ideo iuramentum
non est servandum a deo tamen a quo est peccatum vel boni
impeditivum Quicumque enim iurat aliquid se facturum obligatur
ad illud faciendum ad hoc ut veritas impleatur Si tamen
alii duo comites assint scilicet iudicium et iustitia secundum Tho-
mam Omne enim servandum est iuramentum quod servari potest
sine interitu salutis et anime divine iuramenti Unde Beda
tamen secundum Rodonensem xxii q. iiii si aliquid volt ad
tertio(?) ipsius Quod omne iuramentum est servandum quod non
vergit in peiorem exitum et secundum apud Bede aliud debet
intelligi scilicet quod iuramentum servari debet et quod servari potest

sine initio salutis et nunc ut id sit initius salutis
et nunc quod peior motus ne videatur alicui ob servandum
esse. Si quis iuravit se facturum aliquod veniale peccatum
cum veniale fieri posset, sine initio salutis et nunc. Sed
quid si aliquis iuravit quod superflue comederet vel verbum
otiosum diceret, comedit superflue vel verbum otiosum
protulit. Respondet Hugo. Quod talis mortaliter peccat
non quia comedit superflue vel locutus est otiose que
sunt in se venialia sed quia fecit contra illud preceptum
iur(amenti) in malis promissis rescinde fidem. Alii dicunt
quod sit transgrediendo tamen peccat venialiter. Contra si
ista auctoritas In malis promissis etc. intelligatur generaliter
ita quod extendatur ad mala venialia tunc quoniam ad
illa non est preceptum sed consilium Ricardus dicit. Quod
quamvis aliquid iuratum quod est illicitum in sua natura quo
cumque modo iuratum non est servandum. dist. non. xxij q.
iiij in malis etc. et eiusdem summa. Ex hoc quero utrum iura
mentum incautum sit obligatorium. Respondet Ricardus. Quod
iuramentum potest esse incautum aut ratione modi iurandi
aut ratione eius quod est iuratum. Primo modo dupliciter aut quia
iuramentum non est factum cum deliberatione et sic non ob
ligat de necessitate sed de congruitate. tamen si illud
sit licitum quod est iuratum similiter non est factum cum delibe
ratione et sic obligatur ad servandum iuramentum si est
sibi Et ideo si aliquid dat mutuanti non est libera
donacio sed quasi sub condicione coacta Tercio videlicet
sub pacto quando aliquis aliquid accipit ultra sortem mutui
quadrupliciter primo quando capitale et lucrum ponitur sub
certitudine 2o quando capitale ponitur sub certitudine et
lucrum in fortuna ut cum aliquis mutuat tecum sub tali
pacto quod habebit aliquam porcionem lucri si fuerit lucrum
capitali suo tamen sibi salvo quicquid accidat ut quando aliquis
transit ad aurifabros sutores vel laborare et dicit
Concedam tibi pecuniam ad emendam materiam tui
artificii aurum vel argentum si lucratus fueris et tu
dede meliorabis da michi partem lucri vel mutuat
mercatori astuto pecuniam sub tali condicione 3o quando
lucrum ponitur sub certitudine et capitale in fortuna
ut cum aliquis eunti ad nundinas vel ad flandriam
mutuat tecum mercatoribus quod certa summa pecunie ex ipsa
recipiet ipse periculum pecunie capitalis nisi pereat
per culpam vel negligenciam illius qui mutuum accepit
4o quando utrumque ponitur sub dubio quod non videtur nobis licitum
magis in fenore datis quam accipientibus Omnibus hiis
modis aliquis accipiens ultra sortem tenetur ad restitucionem
Quia hiis modis contractus sunt usurarii sive fiant
aut directe vel indirecte implicite vel explicite
quod de tercio non est ita clarum ut de primis duobus
Ideo de tercio probatur per textum dicentis ultimum in quo
dicit navigantis vel euntis ad nundinas certam mutuans
pecunie quantitatem pro eo quod suscipit ipse periculum
susceptus aliquid ultra sortem usurarius est respondeo
quod nisi fuerit culpa vel negligencia illius qui mutuum

recepit / tuc raro accidit / quod pecunia qua accepit mutuo
pereat / Sed ille accipiens ad sortem quam utrumque lucrum
et capitale perdidit / sub dubio restituere non tenetur quia
ratione periculi dubii talis contractus excusatur de usura
navigati Item ille quoque Et ratione dubii etiam excu
satur / ille qui merces suas vendidit / ut certo termino assig
nato plus pro eis accipiat quam valebant tempore con
tractus si tamen eas tempore contractus non servat / venditurus
eo tempore pro ult Si autem alias res illas tempore contractus
servat / venditurus pro fama minori certa seu plus re
cipit usurarius est censendus Tertio potest intelligi de
usuris contingentibus de contractu locacionis Sciendum Quod in
isto contractu licitum est aliquid ultra rem locatam aliquid
recipere communiter pro usu rei locate Etiam cum locantur res
que non pereunt ut vasa argentea In contractu etiam
empcionis licitum est aliquid accipere ultra sortem non tamen
ultra illud quod res valet / quam venditur Quia eandem
rem uno tempore et una terra unus emit pro centum quam in alia
terra valet centum et xxx. Ratione etiam empcionis census seu red
ditum vel ad vitam licitum est recipere fructus qui excee
dunt sortem si in empcione servetur equalitas iuris naturalis
sine quo nulla empcio licita esse potest xvi qui di
sacerdotes et omnia sequentia Quid si aliquis pecuniam vo
lebat / ire ad nundinas et / emere merces ut alibi de
ferret vel certo tempore venderet propter lucrum Unus indigens
pecuniis illa petit / ab illo ut sibi mutuet offerens
sibi illam restituere cum lucro sperato in termino et loco vendendi
Item Queritur utrum iste contractus est usurarius Respondet quidam
consilio an tenetur cum omnino quia si sit / licet / mutator aliquid
recipere ultra sortem semper singere se iturum ad nundinas

cu capello ocis & calcaribus ut/ pcauas lucretur et/
ita nost/ in r. navigati et forte permittet/ aliquem me
diatorem ad indigentem officialem dices ille solu/

E negociacio q i vendendo // ad emendum
& emendo consistit/ mur est/ dicendum quod primo adutte
de Aliud negociacio in se bona est/ et hominibus necces
saria quia multa requiruntur ad usum hominum & ad conservacionem
vite & ad honestum statum civitatis seu policie que utique
omnia in uno loco non possunt/ reperiri ideo oportet/ ea
laboribus continuis & magnis sumptibus transferre
de loco ad locum Et non fieret/ translacio talium rerum
propter quam utilitatem ad diversa loca si transferentes non
sperarent/ lucrum pro laboribus aut lucrum licite accipe
possent/ ergo negociacio est/ in se bona propter quia propter primum
hominis conservabitur/ et providet/ in sustentacione sue vite
Unde negociacio prout/ importat sine hoc insuper adem
vel necessarium ne patria careat/ rebus necessariis pro
hominibus et/ ad usum corporis requisitis sed malicia
hominum in statu replicavit/ negociacionem quia multi negocia
tores non sunt/ meliores aut minus mali furibus et latro
nibus usurariis et raptoribus propter quod dominus eicit/
vendentes & ementes de templo Et ideo multi doc
tores etiam sancti dicunt loquitur de mercatoribus maxime
de illis qui res aliquas emunt & rupas in mutuatas
cum eas vendunt/ Et singula Crisostomus super Mathei
et habetur lxxxviii dis Eiciens ubi dicit/
Quicumque rem comparat/ non ut/ eam ita integram et immu
tatam vendat/ sed ut sit/ sibi materia aliquid inde
operandi ille non est/ negociator/ subintellige talis
qui de templo dei eicitur/ Qui vero rem comparat

ut rem suam integram et inmutatam vendendo lucretur alle
estimatori quos de templo dominus eiecit ubi dicitur quod negocia
tori est comparare rem vilius et distrahere seu vendere
carius Quod Christus reprobauit dum sic mercatores de
templo eiecit Et huic concordat Crisostomus super illud
ps. Quoniam non cognovi literaturam etc. Ex quibus auctoritatibus
videtur Quod mercantia qua quis emit ligna
carpentariis vel mensas fabricandas aliter coreum pro pedibus vel
calceis et sic de aliis licite possint res sic inmuta
tas carius vendere aliter autem non Sed sic esset maxime
fraus Quia sic dampnarentur omnes institores pannorum de
penestum et penestice et multi alii Quod non est dicendum
Cum tamen ista sint necessaria ut laboratores Quia non
omnes possunt facere provisiones de omnibus quibus indigent
per totum annum similiter eis fore optimum et maxime labo
ratores qui successive acquirunt necessaria navigantibus
sive hiis qui pro se non valent Et ad huius materie co
tinuationem Queritur utrum liceat aliquem vendere carius
quam valeat Illud sic videtur Thomas 2a 2e q lxxvij Quod
fraudem adhibere ad hoc quod aliquid plus iusto precio vendatur
omnino peccatum est in quantum aliquis decipit proximum suum in dampnum
proprium et adeo dicit tullius in libro de officiis Tollendum
est ex contractibus omne mendacium etc. Si autem non adsit
fraus quantum ad contractus tunc de emptione et vendicione loqui possumus
dupliciter uno modo secundum se Et secundum se emptio et venditio videtur
esse introducta pro communi utilitate utriusque dum scilicet unus indi
get re alterius et econverso sicut patet per philosophum 1o politicorum
Quod autem pro communi utilitate est introductum non debet gravi
in dampnum unius nec debet esse plus in gravamine unius

quam alterius. Et ideo debet secundum equalitatem rei contractum
inter eos institui. Quantitas autem rei requisite ad humanum
usum mensuratur secundum precium datum, ad quod inventum est numi-
sma ut dicitur v° ethicorum. Et ideo si vel precium excedat
quantitate valoris rei vel econverso res excedit precium datum
tollitur equalitas iusticie. Et ideo carius vendere aut
vilius emere rem quam valeat est secundum se iniustum et il-
licitum. Alio modo possumus loqui de empcione et ven-
dicione secundum quod per accidens cedit in utilitatem unius et in alterius
detrimentum, puta cum quis multum indiget habere aliquam rem
et alius leditur pro illius rei carencia. Et in tali casu
iustum precium non erit taxandum iuxta rei valorem
tantum sed etiam iuxta dampnum quod ille venditor incurrit
pro vendicione. Et isto modo poterit licite aliquid vendi plus
quam valeat secundum se quamvis non vendatur plus quam va-
leat habenti. Si vero aliquis multum iuvatur ex re alterius
quam accepit, ille autem qui vendidit aliam rem non
dampnificatur carendo illa re, tunc non debet illam
carius vendere quam valet. Quia utilitas que alteri ac-
crescit non est ex parte vendentis sed ex condicione ementis.
Sed nullus debet vendere quod non est suum licet possit
ei vendere dampnum quod patitur. Ille tamen qui ex re
alterius accepta multum iuvatur potest propria voluntate
aliquid vendenti supererrogare. Et hoc pertinet ad eius
honestatem. Quidam autem vendicionis magister meus in
quodam tractatu quo de quantitatibus aliqua adiciendo de
temporibus dicit. Quod si res debet carius vendi
quam fuit empta ex vario tempore ex hiis duobus quorum
primum est ex parte rei vendende videlicet. Quod res
magis vel communi estimacione sit melior quam tunc erat

quam fuit empta ut videlicet nec cedat nec cedendi vo
cetur rem notabiliter plus valere quam emit vel
minus quam vendit ad illum usum pro quo emitur et ven
ditur. Secundum est ex parte vendentis. Quod vendens aliquid
precio estimabile ad ipsam rem racionabiliter computet
racione cuius plus recipit quam precium dedit ut aliquod
officium vel obsequium quod circa rem habet custodiendo
rem ne pereat et suscipiendo in se periculum rei si pe
reat. Circa primum modum advertendum quod res vendenda
aliquando melioratur naturaliter ut vinum cum aliter potius
usui crudo quam bene novum plus valet clarum et depuratum
a fecibus quam turbidum et cum trium vel quatuor annorum non est tan
ti valoris ad usum hominis cum valoris mutatus ad octo
annos. Item aliquando res melioratur artificialiter quod me
lior est pannus formatus in tinctura ad se tegendum
quam non formatus. Aliquando melioratur res modo
mixto naturaliter et artificialiter ut quis emit ligna ad com
burendum quam dividit et ad ignem aut sole exponit
ut siccetur et aliter carius ipsa vendit. Tertio contingit
rem simpliciter immutata in se et sua naturam
probatur accidere et quod ad minus non est meliorata
sed quandoque peiorata plus estimari et ab hominibus
desiderari quam prius et tunc dicitur estimatione meliorata.
Et sic fit quod diversis temporibus aliquando quod eo tempore nesciebatur
prius quam bona esset et modo scitur aut quod multum est
civibus indigencia et prius non fuit ut deteriorata tempore detracta
pestilencie vel bello in dampna melioratio
quod possit dicunt doctores quod empta ea res carius
possit vendi quam est empta sed non ita quod posse

illud asserunt doctores quibus non intendat dampnare
res que sunt estimacionis esse vendendas Et ideo
verbum Crisostomi de re immutata debet intelligi
quantum etiam res venalis non est ad estimacionem mutuata
vel locuta contra istos qui non considerant mutacionem
estimacionis rei Sed ipsi cautelis suis dolosis
mutacionem estimacionis inducunt Exemplum ut aliquis sit mercator
de pipere vel alia re venali que modicum solum
tempore non emitur ab omnibus qui sunt illa re quia forte
habent libras novitatem quam pluribus non adducuntur et ita
inducit mutacionem estimacionis illius rei et facit ipsam
in brevi tempore absque mutacione rei esse multo cariorem
Quicumque rem immutatam vendit est ille qui de tem-
plo dei eicitur quemadmodum autem negociator Nota quod
verba Crisostomi dicentis Quicumque rem comparat ut ipsam
integram vel immutatam vendendo lucretur ille
est mercator qui de templo dei eicitur Glossa illorum po-
ndeat vendat ista re integra et immutata et maiore
sit tamen lucretur dicens Quod loquitur de illo negoci-
atore qui intendit lucrum tantum sine ulteriori et de-
sideat sine quovis labore pro avaricia divitias con-
gregare unde pro dono tamen non sit locutum de illo qui ne-
gociatur propter necessitatem propriam vel rei publice uti-
litatem vel proximi proprietatem Nec est ille qui vendit
rem immutatam quantum ad substanciam mutatam tamen quantum
ad locum et quantum ad estimacionem Quia tali
racione laboris et periculi licite potest querere mercedem
Nec in eo insinuando rem que potest deteriorari Ideo
glossa anglica Quod dicitur Cassiodorus intelligitur
de illis divitibus avaris qui sibi tamen fovent venalium

usurpant ut postea iuxta placitum suum carius vendant
quam faciunt/ in frumento vino et aliis etc. sicut supra
patuit. Sed nulla penitus ratione. Quidam autem nego-
ciatores alias ad invicem decipiunt. Cum enim aliquis
habet memoriam paucorum estimatorum in certo loco transire ad
habundantiam minus eo offerens sibi illa memoria
ad vendendum illi carius multo quam valet/ ipsorum estima-
cio quibus mutuans occasione vendicionis illi certum
mercatus ad bonum alias illi non mutuaturus
sciens quod ille alias non emeret/ credo talem mutuatorem
omnino fore usurarium. Quia in tempore ultra sortem mutua-
te pecunie quanto minus valent merces sue quam estimatur
tempore vendicionis. Secundo patet/ res carius vendi quam
sit empta propter et habendo respectum ad venditorem
videlicet huiusmodi quod certam ipsam rem fecit/ vel propter
officii quod certam rem habuit/ Et patet hanc rem col-
lectores hospitum campsores institores caupones
penestici stationarii quorum rem in nullo mutatam
nec in se nec in estimatione carius vendere quam emerunt
Et hoc patet propter suos labores curas et expensas pericula
et alias occupationes personales vel gravamina quas
vel que sunt importando res hominibus utilibus
vel necessarias conservando et exponendo ad emere foris
et ibi stando ut quilibet indigens comparare sibi
possit. Et consequenter fortius hii qui res aliunde
adducunt propter maiora gravamina et pericula que
communiter circa tales res occurrunt. Quia non est ratio
qualiter artifex pro suo labore possit aliquid accipe-
re/ et non mercator pro suo consimili tam gravi labore/

vnus sicut alius non obstat / quod artifex mutat / rem
sed mercator non quod artifex non recipit / precium pro mutacione
rei sed laborem Quia quilibet sartor vendit / bonum
panni in minutas particulas et mutat rem a pecijs
quod talis sartura solum est ad vanitatem huius debet
sibi aut nichil et tamen plus recipit pro precio quam
alter et hoc non est nisi per laborem Ergo quilibet negociator
laborat / merito accipit / precium pro labore Ex quo infertur
Quod sicut nullus racionabilis vellet dare aliquid
alicui pro servicio inutili vel nocivo Sic nullus sive
sartor / artifex sive negociator / potest aliquid licite recipere
pro labore vel quovis servicio suo vel rem vendere
[illegible] dam vel persona ementem titulo nisi bona fide
credat quod servicium suum vel labor alteri sit / utile
vel erit / nisi emens faceret vel presumeret sic pro habitu
quia inutile esset alius servicium eius labor et
nichilominus aliam rem acceptaret / Ex hoc autem sequitur
quod emptores blada et maxime civitatis aut alias res
utiles aut necessarias civitati pro quorum emptione et
contra omnem utilitatem civitatis non intendunt sed solum lucrum
suum nichil nisi caristiam [illegible] pertentes gravissime peccant
tantum quod sepe contingit quod tales emptoribus emere mercem
suam volentibus facere precium multum nocent
faciendo res venales cariores Ex opposito dictum est
Dilli quod vindicta vel alias res civitati utiles et
utiles et bonas apportant hoc principaliter civitati non
desinunt / non intendentes karistiam inducere non peccant

propter lucrum sed ut quamcumque necessitatem vel notabile gra-
vamen pauperum videntur, in minore quam tunc vendant,
iuxta communem et racionabilem estimacionem non peccant,
sed in casu merentur. Quibus concordat magister Henricus
de Hassia in tractatu suo de contractibus dicens: Quod tercio
emptio frumentorum tempore messis vel alio tempore quo eadem
venalia fiunt vilia pro vilitate precii, sicut plures
modis primo si fiat propter communem utilitatem exemplum de
Joseph vendito in egipto. Qui emit frumenta tempore
habundancie ut haberet unde provideret populis alius
sive tempore future famis quia ipse prognoverat sicut habetur
de hoc Gen. xli. Et hec est meritoria. Secundo si hec fiat
propter racionalem providenciam ut si quis emat talia timens quod
eadem tempora carius emere oporteat, alia cum indigue-
rit. Tamen si postea videt se non indigere sicut credebat
et carius vendat non peccat. Et in tercio non peccat, quibus
si non emit propter illam necessitatem sed propter pietatem ut
ex lucro rei vendite habeat unde pauperibus subveniat.
Hoc tamen discreta moderacione fiat, ut per iusticia equi-
tas non ledatur attendendo ne contra opere pietatis impie-
tas subsequatur et ne sub specie volens eisdem
pauperibus noceat pluribus. Quarto licitum est
emere victualia propter vendere ut tempore famis vendat
pro illo precio quo tunc valebunt, precipue cum [illegible] perdatur
quod res modo habundantes in uno loco et in alio de-
ficientes transferuntur ad deficientem vel quod propter habun-
danciam alias res [illegible] utilitati et abusive in precio
ab hominibus [illegible] sicut sepe fit. Ex dictis

caa supius sequitur Quod omnes laboratores quitatis
qui faciunt res inutiles et defectuosas defectus qui ipsas
per industria tangentes similes sunt mixta etc. Et tenetur
ad restitucionem illius precii quod occasione talis occultacionis
pro rebus tam defectuosis recepit Sic tamen nisi res illa
illo defectu non obstante tantum valet quantum pro ea datum est
Et similiter est de alijs rebus venales iudicandum Et
ideo quoniam vendicio datiuus rei vendite iniusta et il
licita propter defectum rei vendite Videamus quot modis reperitur
defectus circa vendita Unus est quantum speciem rei quia una
species pro alia venditur vel cum alia permixta Unde ysa. c. p.
Argentum tuum versum est in scoriam vinum tuum mixtum est
aqua. 2us est defectus rei quantum quantitatem Qui per mensu
ram cognoscitur ut cum quis scienter utitur defectuosa
mensura in vendendo rem suam Unde deutro. xxv. c. Non
habebis in sacculo tuo diversa pondera maius et
minus nec erit in domo tua modius maior et minor
Et subdit quia abhominatur eum dominus illum qui facit hec
Tercius defectus est propter qualitatem rei ut si quis
vendat equum vel animal aliquod cum latente infirmi
tate pro sano Et in omnibus hijs casibus non solum
quis peccat in iniusta vendicione Sed etiam ad restitu
cionem tenetur Si autem aliquo ignorante aliquis defectum
predictorum fuerit in re vendita venditor quidem non pec
cat quia facit iustum materialiter non tamen eius operacio
est iniusta Si tamen et quam cito talis defectus ad suam
noticiam pervenit tenetur ad dampnum recompensare
emptori Et quod dictum est de vendicione quod dictum est

V emptore Contingit enim quandoque decipi venditorem ab emptore quia credit rem suam secundum minus preciosam quam ad speciem ut si quis vendet aurum pro auricalco Quia credit illud secundum auricalcum Si emptor cognoscit iniuste emit et ad restitucionem tenetur Eodem modo est dicendum de defectu qualitatis et quantitatis rei Vide Thomas 2a 2e ubi supra loco suo Sed numquid venditor tenetur emptori dicere vicium vel defectum rei vendite Respondet Thomas ubi supra Vel vicium rei est occultum aut manifestum primo casu dicit quod tacere vicium rei dicto emptori esset illicita et dolosa vendicio quia talis dat emptori occasionem dampni vel periculi faciendi Ideo tenetur ad dampni recompensacionem Si vero vicium rei sit manifestum et apparens sicut subtrahit deceptio quando [illegible] tunc non tenetur dicere ut si equus unum haberet oculum Quid si aqua aliqua res vendita que est onerata fructu aliquo aut servitute seu censibus subiecta Numquid tenetur venditor dicere emptori dicto aut sciebat venditor rei condicionem et servitutem aut ignorabat Si sciebat et dolose celavit emptori tenetur illi ad interesse Si ignorabat tunc quamvis non teneatur emptori ad interesse tenetur tamen illi contra in [illegible] ad restitucionem illius pretii quod ille non dedisset si servitutem vel servitutem rei cognovisset Capitulum de actu empcionis Quid si venditor dicit quod res vendenda propter nullam habeat ipse servitutem et si aliqua appareat ad nichil vult obligari post rei tradicionem dico quod si ille scivit illam rem oneratam tale pactum sibi non prodest quin teneatur

emptori ad interesse Si autem ignorabat tunc pro defe-
ctu tale pactum est dicatur empt. l. j C. j. Quid si homo
mercatores multum valentes pro temporibus quam multe partes valuerunt
sunt tenentur quam visi fuerant postea hiis non valituras nunquam
possit suas tamen preciose vendere sicut potuit, an quid sic
recepit et supra precium estimacionem dicit quidam magister
Quod tunc quibus nec scit nec credit qualitatem errare
etiam si probabiliter dubitet an erraret tunc licite potest
rem suam vendere iuxta communem estimacionem Si autem
scit vel credit qualitatem errare in estimacione rei
illius debet eam sequi precium etc. si propter tempus tunc verum et
iustum precium tunc facere contra quam sicut ... ad dominum
propositum debet quod ille et alios audiens plures mercatores ad
dicere Si non credit et non dubitat ita esse et credit quod
iam ille res post hoc tempore illo minus valeat illo tempore
potest ita preciose vendere sicut communiter tunc venduntur et esti-
mantur Si vero probabiliter dubitat an ita sit vel an
alii habuerint impedimentum inveniendo vel dubitat an
si vendat res ille sint minus valiture tunc credo quod pos-
sit vendere res sicut communiter solvuntur Videat tamen ille
ne fingat sibi dubium ubi sit credulitate vel scientia
Quia affectus hominis ad temporalia multum latenter et ...
quam vehementer inclinat intellectum ad sequendum utilitatem
vel delectacionem in corporis Et in illis ubi habet
inquirit probabilem racionem Sed quid si quis vendit
aliquas res carius post dilacionem solucionis quam
pro parata pecunia venderet et carius quam tunc valent

qui estimacione vendebatur magister Henricus de Hassia
in quodam tractatu suo de contractibus dicit Quod contractus
qui manifeste reducuntur ad usuram sunt illi quibus
res vel census venditur eo quod precium ad tempus expec-
tatur vel remissius emittitur eo quod precium solvitur
antequam res appreciatur vel eo quod res remissius emitur
pro prompta pecunia datur et in hiis omnibus expectacio
precii solvendi habet racionem mutui ergo quidquid ultra
iustum precium pro huiusmodi expectacione exigitur est quasi precium
mutui et pertinet ad usuram Et hoc videtur probari
maxime quo ad primum capitulo in civitate de usuris consuluit Quia qui
vendit rem plus quam tempore vendicionis valet eo quod differt
solucionem precii peccat Et tunc ibi doctores et glosa an iam non
vel. Et hec ibi reprehenduntur qui quibus census vendit mercatores
precii tamen quem dat pro huiusmodi emptori ad solvendum pecuniam
vel pro huiusmodi suo emit mercatores pro dat statim venditori
paratam pecuniam et per longum tempus expectat mercium tradicionem
que penitus sunt illicita pro hoc quod tunc venditur tempus quia
pecunia quam excedit iustum precium Sed heu contractus isti sunt
iam usitati et consueti et tam multiplices tam periculose illa
quam [illegible] longa consuetudine tandem temporalium
dilectionem et horrorem restitucionis iniquie acquisitorum honorum
hiis in pluribus [illegible] sunt reduci ad statum salutis
adeo ab [illegible] diligentibus proximorum salutem
et maxime ab hiis quibus hoc ex officio competit est labo-
randum ne iniquitas sub umbra proprietatis et equitatis
absconsa plures reducat ad infernum qui cupiditate
excecati recto tramite se estimant ac ad celum

Cum igitur via ista iniqua contra omnes quascumque
sapientes conantur defendere in capitulo 14 proverbiorum circa me-
dium xiiii circa medium Est via que videtur homini iusta
novissima autem eius deducunt ad mortem hec est
via per quam multi incedunt Mala avaricia contra qui ope-
rarunt theologos quia causa ubi res est clara immo va-
leant distinctione caritate abhominatione tamen etsi concordat
thomas 2a 2e q. lxxvii articulo ultimo ubi querit
utrum liceat negociando aliquid carius vendere quam sit
emptum Respondet quod negociatoris est commutationibus rerum insistere
Est autem duplex commutatio rerum Una est quasi naturalis et
necessaria pertinens ad necessitatem vite que non proprie pertinet
ad negociatores sed magis ad yconomos vel po-
liticos qui habent providere domui vel civitati de necessariis
ad vitam Alia est commutatio rerum propter lucrum non propter
necessaria vite puta et talis est vituperabilis
quia deservit cupiditati que nescit terminum sed tendit in
infinitum quia lucrum in quantum est in se et ratione lucri
non importat de sui ratione aliquid honestum tamen lucrum ut
est finis negociationis potest ordinari ad finem necessarium vel
honestum et sic redderetur negociatio licita ut cum quis
lucrum moderatum quod negociando querit ordinat ad sue
domus sustentationem vel ad pauperum subventionem
vel ad publicam utilitatem ne necessaria vite desint in tali
loco et tunc querit etiam non ut lucrum tamquam finem sed
ut stipendium sui laboris Cupiditas vero et avaricia
pluribus communiter que est illicita Sed quomodo potest quis

qui ex cupiditate hoc faciunt. Unde timeo quod omnes fraternitates
diuites vel ultra utilitatem proponere quam pro sui statu exigi-
tur. Et generaliter omnes qui nullam quam utilitatem cuiquam
aut proprietatem in tali congregatione bonorum intendunt
sed tantum locupletationem ex cupiditate mouentur con-
tendunt est. Quid de monopoliis. Vide quod mono-
polium dicitur ille qui solus vult esse in aliqua ciuitate emp-
tor vel venditor alicuius rei et qui hoc attemptat
a principe dato aliquo tempore vel aliqua pecunia illi est
assignata quod hoc videtur lex unica C. de monopoliis
ubi dicitur Iubemus ne quis cuiuscumque rei pertinentis ad
victum vel alterius vel cuiuscumque materie pro sua aucto-
ritate vel sacro iam elicito vel in posterum eliciendo rescripto
monopolium audeat exercere contra predictos commi-
natur in amissione omnium bonorum et dampnatione exilii
perpetue. Item iubemus ne quis illicitis habitis
conuentionibus coniurare aut pacisci ut species diuersorum cor-
porum negociatorum vel minoris quam inter se statuerint
vendentur. Et timeo quod hoc sepe inter artifices carni-
fices pistores perficientur. Et subiungitur ibi lex Edi-
ficiorum quoque artifices aut alii diuersorum operum professores
penitus arceantur ne valeant pacta inter se componere
ut nullus alterius obmissum opus impleat aut in-
iunctam alteri sollicitudinem intercipiat data licentia uni-
cuique ab altero inchoatum et derelictum opus per alterum
sine aliquo timore dispendii adimplere. Et ibi dicit
Glossa Accursii Quod contra hoc faciunt artifices

i multis locis contra fallaces in quinquagesima libro cum
prohibitis ubi patet in dicta lege Quam legem utilem
et iustam estimo quia inequalitatibus contractuum obviat
illorum videlicet qui tantum questui et commodo querunt et lucro
Ideo talia qui cogitat questum quem utiliter et acquisivit
quamquam illicite multa et iniuste a suis ad personibus
receperant [illegible] furibus et latronibus et ad restitutionem
tenentur si vere voluerint penitere etc. Sed diceret aliquis
quod tunc dicis sequitur aut sequi videtur quod nullus
mercator se nutrire posset quia tamen quod videbant licitam illi
actus conditionem dicto quod ad lucrum posset se nutrire mercatores
quia si nullus deciperet alium et fraude iniusta et
inequalitatibus in contractibus et commutationibus unde
nutriverunt se negotiatores sed quia deceptus ab alio
dolens de dampno suo conqueritur ut dampnum alterius et illud
vel alterius decipere cogitet ideo rarissime evenit quod in
talibus unus iuste et cum deo se nutriat ut debet Et ideo
dicit magister meus Mattheus de Cracovia pro testibus Cum
tam periculosa est negotiatio quod omnibus et presertim caveri
nequeat magis dissuadenda est quia complenda
maxime penitentibus Quia dicit Leo papa difficile
est inter emendi vendendique commercia non intervenire peccatum quia periculis negotiationis
astringitur unde nota quod plures sunt que reddunt negotia
tionem periculosam primum est Ex quo debent vendi et emi
iuxta suum valorem et sua estimatione Sed ignorantia
valoris rerum et estimatio laboris circa rem
venalem periculum generant Quia in tali estimatione

qlz suspectus est sibi et non est bonus iudex quia causa ipsa
propter amorem lucri et dampni vitacionem non tamen estima
cio valoris punctualis est necessaria sed sufficit quod non nimis
bilis deviet Vnde ambrosius capitulo viii ponit quod alii sunt
qui vendunt res emptis amplius venales quia illi qui
sunt singulares in vendendo vel soli operantur aliquod
laboris opera vel medicus vel apotecarius quod in primo
casu facilior est estimacio valoris rei emptae et emere
volentes non artantur ad unum emptorem Sed in secundo
casu artantur emere ab uno ideo caveat talis circa
ipso labore et opera rerum estimacione Item aliud quod
facit negociatorem periculosam est diffidencia dampni primis que
surgunt ex cautelis et fraudibus omni die contingentibus
bus ita quod in nulla quasi arte est tanta diffidencia sicut in merca
toribus quia vix unus alteri credit et ideo vendentes
carius quam habent res quam valent vel labores suos
estimant ultra modum et multa invenerunt mendacia
et periuria laudando res venales ultra decem solidos se
mutatur vel amplius constare res quam emptor ex
hibet Cui concordat crisostomus super matheum dicens
Sicut ambulat inter duos inimicos volens ambobus
placere sine alloquio mali esse non potest necesse est enim
ut et isti male loquatur de illo et illi male de
isto Sic mercator sine mendacio et periurio esse non
potest Quemadmodum enim si triticum aut aliquid tale
cribras in cribro dum huc et illuc iactatur omnia grana
paulatim cadunt deorsum et tandem in cribro nil nisi cutis

126

remanet nisi sitibus sit desiderata negociatorum novissime
nil remanet nisi quod reportat. Item inordinatus timor
dampni et lucri magnum desiderium et astucia rerum acto
vendendi per quibus singulariter oriuntur multe fraudes
Consuetudo vendendi et vituperandi emenda et de
pingendi loca panni pro plano colore ut color appe
at melior et modicum debere concedenda emptoribus
et res leviori consuetudine in locis humidis quod aliqua humiditate
plus ponderent quam alias ponderassent. Cum quidem dampni
et lucri desiderium tempore quo tritus sit metere vendere et
emere occupant ut illo tempore nullus vel modicum respectus
eius ad deum habeatur. Item aliud est quod facit nego
ciatorem periculosam Cetera et avaricia sollicitudo et tem
porale sollicitudo quod collectio prohibita est, adeo tamen talibus
rebus in tristicia et diversis temporibus divulgacionis tractantur tem
poribus et quod tenentur ad diversos tunc. Quibus nego
ciatores maiorem habent diligentiam quam in divinis cultore
plus cogitantes ne fidem hominum perdant quibus specialiter
lucra terrena adipisci quam fidem de deo per quam adi
piscentur bona sempiterna et tamen talibus non habent dare
festivitates timeo quod illi qui tamen lucris gaudent mercando
si valent illud quod sequitur die pasce mercando negocia
cum dispensacione. Et timendum est quod tales fuerint
insistentes talibus sollicitudinibus quod tamen in festo
pasche in diversis civitatibus non curant debite communica
re quod fit et tandem ad gratiam devitabis fecerit mentiri
quod sicut sint temporibus in mercatis fuit tunc dicto et unde inde

culpabiles dicentes se ibi vel ibi fuisse confessos et predicatores
cum tamen ad hoc faciendum nullam habuerint intencionem et sic
tunc secure concludes dampni cumque in quibus quibus non confitetur
Item propter raritatem proprie intencionis quia valde raro
mercator negociando attendit utilitatem proximorum
et raro ita utilitatem sui officii vel servicii merito vicium
Que tamen intencio est tam necessaria quod sine tali inten-
cione actuali vel habituali nullus actus negociatoris est
meritorius apud deum Quia dicit Gregorius Cum intencio non
est pura sed peruersa prauum est omne opus sequens
ex tali intencione Sed quid prodest homini si universum
mundum lucretur anime vero sue detrimentum paciatur aut quam
commutacionem dabit homo pro anima sua non prodest lucrum
tocius mundi. et anime lucrantis amissio nulla res potest
compensari temporaliter sic ergo omnis talis commutacio importat
inequalitatem quia de universo mundo nichil secum ab hinc
reportare potest Qualiscumque cum quis multa acquisiuit perdit mundum
istum et statim mortuus vadit ad penam eternam
Et ideo dicit Crisostomus numquid habes aliam animam
dare pro anima tua non compensabis enim si perdideris possessiones
dare pecunias poteris si perdideris domum habere aut aliam
rem aliam aut perdens animam aliam dare non poteris
Nec filius aut uxor vel quicumque amicus quantumcumque
tibi sit coniunctus fuerit videns te dampnari dabit
animam suam pro te in iudicio finali et si totum mundum
mundum habuisses et super universum mundum regnasses cum
omnibus hiis non posses unam animam liberare de eternis
penis Ideo considera quod animam tuam mercando potius

considerare. Et ad hoc plura requiruntur. Primo quod vendens
aliquam rem non vendat nisi vendendi racionem habeat, sed aliquid
recipere racione vendicionis ultra iustum precium. Et non
dico absolute quod requiritur ut vendat, sed rem dare pro iusto precio,
quia certa difficile est scire et raro quis potest scire verum
valorem rei vendende, tamen posset esse ita incertus
tempore quo tantus circa alia quod numquam debet cogitare. Et quam
etiam ille posset debet, quod negligenter cogitare ubi
tamen multo cogitare debet, et advertere precio huius condicionis
est. Quia in omni negocio et commutacione debet servari
veritas et equalitas vel saltem bona fide veritas inequa-
litas et si equalitas requiritur, fortius est ad minus requiritur
intencio equalitatis vel intencio veritatis in equalitate
aliter non est equalis venditor vel emptor. Secundo requiritur
quod venditor debet emere rem vendat aptam vendibilem
talem pro omnia qualem bona fide aucta contractus de qua
sit et intelligenda qui valorem credit emptorem velle habere
aut velle debere, precio quod si venditor non dat talem
rem tunc non est verax sed fraudulentus in toto. Tercio
requiritur quod in venditus specialiter intendat. Si vendat, cognovit
vitium rei fuisse non talem qualem esse debuit aucta
verba contractus, se velle emendare racionabiliter. Et ita
omnia simul probantur per hoc quod quilibet racionabiliter vult
sibi fieri, sic agere debet. Hoc et sic alteri facere uni-
dem dominus dicit: Omnia que vultis ut faciant vobis
homines et vos facite aliis. Hec est enim lex et
prophete. Quarto quantum ad medium quod ad emptorem non requiritur
quod emens dat precium quod emit, precium de quo non credit

nec rationem habet credendi iuxta contractum ipsum esse in
sufficientius autem in debito Et non dico in debitum Quia
si emerem ab aliquo pro xx florenis et forte cum ipsis
ex oblivione darem pro illa xx libras que tamen valent
xx florenos tunc esset precium sufficiens sed non debitum
precium iuxta formam contractus Ex hiis patet error illorum
qui scienter tradunt hominibus malas pecunias vel alias
res malas et in valore pro bonis eo quod ab aliis sic ad
eos pervenit Quia tales non dant iustum precium pro re em
pta nec sunt bona intencione igitur male agunt Nisi forte
quod tu deceptus es dicam decipe sine peccato quia ille portabit
suam iniquitatem et non alterius maxime actualem
Ex quo eciam patet quod mercator cupiens salvari ante omnia
debet intendere non plus decipere vel scienter sumere dare
et velle supplere ubi propter defectum et fidelitatem sive modo
alio pro defendendo suis agilibus vel venditum accipere et in
terminos licitos recipe secundum quantitatem et utilitatem aut
laboris in durate et supportationes habitas etc. Et
miror quod desistere homines vita ipsorum existit avaricia
tamen potius ex hoc avaricia debet minui quam
augeri Quodam enim homines parva contenti
et tamen quieti diu vivebant sed nunc ex quo vita homi
num brevior est quam erat propter superfluas et necessarias quod
sine fine victum sed eandem est omnibus nobis et
maxime negociatoribus ut terrena tanta querant pro bona
temporalia contempnant eterna non amittamus etc.

[C]onsequenter de ludo prohibito, et maxime taxillorum
est dicendum. In quibus quasi transgressio totius deca-
logi invenitur, et in hoc peccatis diversis agravatur. Primum
enim mandatum est: Non habebis deos alienos. Quod lu-
sor negat, dum taxillum quem dominum sibi constituit, omnem
spem et confidenciam ponendo in taxillo ut ipsum ditet
et felicem faciat, et plus quam in deum. Secundum est:
Non assumes nomen dei tui in vanum. Quod ipse multipliciter trans-
greditur [illegible] false iurando per deum et sanctos eius.
Tercium de transgressione sabbati transgreditur, cum plus festivis
diebus et sacris noctibus ludere consuevit et amplius
quam aliis diebus blasphemando. Quartum de honore
parentum inhonorat, perludendo delicta, ad mortuos
aut vivos vituperando et non orando pro parentibus mortuis non
compensando. Lusor cum ipse amittendo temporalia tunc in taxi-
llis patrum honorem non habet in memoria, sed matrem
et patrem uxorem et filios vituperat et paciter sine
causa sumens vindictam in hiis qui in hoc facto non peccaverunt
sed restituere iuxta posse. Quintum transgreditur, quod ut
frequenter remanent perpetua odia inter lusores, ex quibus se-
quuntur diffidaciones et homicidia. Sextum de adulterio non
committendo et fornicacione transgreditur, cum perdendo tempora-
lia deum negat, renunciando Christum et alii infideli se
exhibendo, contra ipsius misericordiam multum, et quod spectat ad eun-
dem. Infidelitas enim spiritualis fornicacio est. Etiam
ex ludo multociens sequitur carnalis fornicacio et adulterium
carnale, tunc ille qui amisit temporalia sua per ludum non habens

ulta Unde uxorem nutat q' p'ucardia delos' inaponus
euadit / et ad q'q' alti in trib' demior Septi'm defuncto
non stando tunc dict' cu illa spalia q'bus filios nutre
tenet' et uxorem p'ludit et illa quas illis contra
uxors volutate que est cor' aue nali q' educacio
filiorum est q'ue nali lusor ena cu calceus fuit in
ludo ena q' altaribus fuderet Octa'm no ntat q'g'
menti no timet q'no se tot p'dicisse oculos uel tm
fuisse lucratu falsu ferit testio'm et sussu q' tu
presens in eo sepe odio accepto contra uxorem ht ch
q' ludo pstitit uxorem Item decima qua duo ulta
precepta q'te dud ad detestacom huius dicmor sit no c
astud Qm lusor vilissie s'uituti se subiat q' q'
taxillu dnm suu q'stituit astingens se ad q' aut
facit omne illud qd ille iusserit et ponendo se
cuncta et vestes exuendo Unde dt Boec' Videat
mirc dnm alti muri aux risu tenebit q' am
plius ridiculu est ob tam vilem dnar et p'
q' lusor donat ad precep'm dijal' et taxillos q'
n'oo ad precep'm dei largiet' Item largior est
ad precep'm taxillos qua btus Martinus et suplo
o' ad precep'm dei sp'os .n. ad p'cepe precep'm no s'om
dat lusori lucrati medietatem palij ut btus
Martinus s' to'm pallium tunicam et cmisia
suplicat q' a'o' voculi dimiserit nauclo et re
cia vestes tn recimedo sed iste miser culto no
mud' sequitur quid dya'm suu dnm et taxillu
et singu'r culpabilio est lusor in asto q' ipse

Voluntarie illius iniudiciorum se subiciat / qui iuste iudi-
care numquam novit / taxillus enim adiudicat / attribuit alteri
quod suum de iure non est / Et quotiens divertit lusor / ocu-
los sui cordis / contra deum peccat quia ludus est notorius / Si in al-
tum supra se oculos erigit / illi severitas dei sicud ut inuti-
lem condempnatur Matthei xxv° Servum inutilem eicite
in tenebras / Quia talis nec ociosus sit / ociosa ymmo
dampnosa agit / Quia dicit Bernardus pro delectando ocio ociu-
placere est ridiculum / et ita ludendo rem preciosissi-
mam que est tempus amittit / quo nichil est preciosius / Secun-
do si lusor vertit oculos ad ea que sunt infra se vicia
videlicet occurrunt ei tribulia que sibi dissuadent / lud-
Quis enim dicit ubi est ludendi ~~ludus~~ locus tunc est
ubi gladius evaginatus et hostis ut lusorem in-
vadat paratus / Unde Seneca Cum hostis a tergo instat est
movere se iussus est miser vulnes [illegible] quod tulit
quidquid per annos ociosa collegit / fur enim fugatus a suis
iudicibus vel advocatis tunc rem furtivam raptam sub tar-
tam cadere permittit / ut vivus evadere possit / Omnis
enim ludens amore lucri / contra tunc non peccat quia ludus
acquisita sed tenetur ad eorum restitucionem / Tercio si lusor diri-
git oculos suos ad latus utrumque et ad id quod est
iuxta se ad proximum suum occurrunt ei plures miserie
proximorum aliquem pauperum qui [illegible] aliorum
[illegible] indigencium qui ludum sibi dissuadent / in opere
mundi [illegible] tenetur [illegible] detesta et mag-
nitudo [illegible] collige contra movere [illegible] quas

ponit hostiensis in summa de penitentiis. ypla. C. Gualterus et Raymundus
dilectos et propter proximos xxxv dis. c. j. et sunt. Primo est de
siderium lucrandi. Secunda cupiditas. Tertia voluntas spo
liandi proximum in quo rapina. Quarta maxima usura
que desideratur et aliquando rapere non propter dilationem unius anni
vel mensis sed uno die et quandoque una hora. Quinta vero quinta
lucrari vel perdere. Quinta verborum multiplicitas et multa
mendacia que in talibus ludis frequenter eveniunt. Sexta
execrabilis iuratio et blasphemia que in deum et sanctos
eius in ludis huiusmodi committuntur. Septima Sexta
est multiplex corruptio proximorum assistentium et ad
ludos aspicientium de mala que fuerint quandoque frequentius
plus uni parti quam parti alteri et apponentium et in respectum
defendendum propter falsa testimonia unius contra alterum et ex
hiis ira et invidia et quandoque homicidia sequuntur.
Septima est scandalum bonorum et in favore hominum
qui de pravitate circumstantes aspicientes et audientes
concurrunt. Octava est amissio temporis et omnium bonorum
que quibus in tempore facere potuit, ut supra dixi. Nona
est quod tales prohibiti sunt ecclesie. Omnia tamen ludi
sunt prohibiti, non tamen dissuasi et prout hic circum
stantie et postea ultime de prohibitione ludi taxillorum
et alearum. Quod autem de hoc tenetur restituere ista que lu
cratus est per ludos prohibitos vide hec Raymundus et Hostiensis
prima in dis. xv. q. v. c. viii. Quod quidem ludi
ita sunt prohibiti quod non precipit restitui quod de hoc lucro

tum legem illius ludi ut sunt torneamenta. Et ideo
qui lucratur in tali ludo contra formam contractus factum totaliter
ecclesie prohibitum tamen restituere non tenetur. Alii sunt lu-
di ita prohibiti ita quod causa contractus restitui. Id quod lu-
dens tali ludo lucratur cuiusmodi est ludus alearum
et taxillorum. Et quod tales ludi sunt prohibiti xxxv.
dis. Episcopus et ff. de alea per totum. C. de sanctissimis episcopis
Interdicimus ubi dicitur Interdicimus sanctissimis episcopis
presbiteris et dyaconibus et subdyaconibus et lectoribus
et omni cuiuslibet alterius ordinis venerabili collegio et
schemate constitutis ad tabulas ludere vel aliis lude-
ntibus participes esse aut inspectores fieri etc. Et ubi
pena ponitur non tamen contra prohibitum ludere non cupiditate
et pro convivio faciendo. Quia dicitur ff. de alea
l. ult. Quod in convivio vescendi causa ponitur in
eam rem familia ludere permittitur. Eo tamen modo quo
ludus taxillorum est prohibitus licet teneatur ipse non ad re-
stituendum illud quod lucratus est per talem ludum. Quia
non propter illum ludus prohibetur sed causa acquisito lucri
per talem ludum. Quidam tamen dicunt quod ille qui lucratur
per taxillos potest compelli per iudicem ad restitutionem. Si autem
per sententiam iudicis ad hoc non compellitur restituere non tenetur.
Sed prima opinio est verior et securior. Non ante
contra leges plus prohibentur ludi alearum quam tor-
neamenti. Quia in ludo torneamenti et luctationis
et similibus sunt multi labores qui carnem macerant.

& retinunt i tali lascivia in luctando etiam qui exercent
suum ingenium et student totem milicie ut su
um suum totum fortune committat unde si tales ludo exer
cerent in pace & bonum communitate & non contra ab ecclesia
prohibiti non fuerunt torneamenta & hastiludencie
quia essent utiles pro defensione rei publice Et ideo
tales ludi iure civili prohibiti non sunt ut patet ff de
alleato l. tollenti ubi conceduntur ludi in quibus corpore
carnalis virtus aut exercitatio hasti currere vel saltare
Sed iura canonica ludum torneamentorum prohibent propter
